Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31294
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

4

Et qui sciunt scire gaudeant / vestram Reverendam
personam conservet deus ecclesie sue sancte / Cui me humi
liter Recomendo / Scriptum karoli / Anno
domini M° · Tricentesimo trigesimo ·

Incipit prologus liber appellatus manipulus
curatorum compositus a domino Guidone Rocherii

Quoniam secundum quod dicit propheta malachias c.
secundo · primo dominus per Malachiam labia
sacerdotum custodiunt scientiam et legem Requirunt
de ore eius · i · q · i · sacerdotibus / Angelus enim domini exer
citiuum est / Ideo ne sacerdotibus legis evangelice
contingat id quod dominus cuidam sacerdoti legis moy
sayce per eundem prophetam comminatur dicens / Quia tu
sciam Repulisti / et ego [struck out] repellam te ne sacer
docio fungaris / michi dignum duxi ad instructionem
Neophitorum sacerdotum maxime curatorum scribere
aliqua per que possint se in execucione sui officii
dirigere et debite ministrare / Nemo autem de [struck out]
presumptionis temeritate me iudicet quod ego peccator igno
rans et insciens presumam sacros sacerdotes qui sacre
legis professores sunt instruere confisus de illius ad
iutorio qui ora mutorum aperuit / et linguas
infantium disertas facit loqui / Similis parvo catulo
qui latratu suo magnos lepores prosternit ad currere
dum / Tractabo breviter aliqua scribere ut donec
magis provectis et peritioribus materiam altiora et
et subtiliora ac magis utilia scribendi / Confido quod
ille qui dedit asine Balaham loquelam michi sue
rationabili creature infundet graciam Ne venerabiles
sacerdotes erubescant a me eorum servitore minimo edoceri